



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm

Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Medit. 3. De reuelatione S. Iosepho facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

MEDITATIONVM. 9



MEDITATIO III.
DE REVELATIONE
S. JOSEPHO FACTA.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. Cum desponsata esset Iosepho Maria, Ex Eu-
inuenta est in vtero habens de Spi- ang.
ritu sancto. Matt. I.
- II. Cum Ioseph, vir iustus vellat occulte
dimittere eam, apparuit ei Angelus
dicens: Ioseph Fili David, noliti-
mere, accepere MARIA M coniu-
gem tuam: quod enim in ea natum
est à Spiritu sancto est.
- III. Pariet Filium, & vocabis nomen
eius IESVM. Ipse enim saluum faciet
populum suum à peccatis eorum.

F I G V R A E.

SVSANNAE, cum venisset in suspicionem Dan. 13°
criminis, & iniuste condemnata esset
ad mortem à populo: ait scriptura, eam
fleente suspexisse in cœlū eō quod cor eius
haberet fiduciā in domino. Quare Deus
fuscitauit spiritum sanctum pueri iunio-
ris Danielis qui cum mirabili iudicio in-

A. 5

nocen-

nocentiam Susannæ declarasset, omnes benedixerunt Dominum, qui liberat spe-rantes in se.

Gen. 37. 2. IOSEPH Patriarchæ Deus in somnis multa reuelauit, & cum seruiret Domino Ægypti, tantam apud eum gratiam obtinuit, ut illi totius domus suæ administra-tionem committeret.

P R O P H E T I A E.

Psal. 33. 1. M VLTÆ tribulationes iustorum, & de his omnibus liberabit eos Dominus.

Psal. 36. 2. Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet, & educet quasi lumen iusti-tiam tuam, & iudicium tuum tanquam me-ridiem.

D O C V M E N T A.

1. B Virgo cùm concepisset filium Dei, hoc secretum sponsō suo nō patefecit. Vnde discimus, securiūs esse visiones diuinas, & cœlestia dona occultare, quam manifestare: atque item omnia quæ in nostram laudem ce-dunt, vel existimationem apud homines con-ciliant, ab alijs potius, quàm à nobis ipsis pro-denda secundūm consilium Sapientis. Laudet te alienus, & non ostuum.

2. B. Virgo, etsi sciret se gestatione vteri ma-gnam causam suspicionis & mœroris daturam Iosepho, tamen innocentia sua conscia, confi-a Deo, qui remedium suppeditare, famamque tñeri possit, conticuit; Sic nos, si aliquando iniquè

MEDITATIONVM. 77

iniquè infamemur , modo conscientia non redarguat , neq; turbari , neq; nimis anxij esse debemus , tantum committamus totam rem Deo , omnium in se confidentium patrono , qui , si iudicabit nobis expedire , non negliget innocentiam nostram patefacere toti mundo.

3. Ioseph et si secundum legem potuerit accusare , & repudiare Virginem , postquam cognouit esse grauidam , tamen ad tuendum eius honorem , maluit occultè dimittere . Vnde discimus , qua caritate , prosequi debeamus proximum , etiam post lapsum ; nempe non statim (quantumuis iustè fotte possemus) eum diuulgare , & hominem infamare . Cum enim hominis Christiani sit , non facere alteri , quod nobis factum nolimus , debemus , quoad possimus , omnium bonum nomen & famam tueri .

4. Ioseph cuni versaretur in cogitatione dismittendi sponsam , prius reni diu secum expendit , quam aliquid decerneret , & idcirco à Deo veritatis manifestationem obtinuit ; Sic nos in rebus dubijs & incertis , si velimus à Deo illuminari , non debemus esse , aut in iudicando temerarij , aut in deliberando præcipites , sed studiosè prius perpendere quid factio opus sit .

5. Si Deus permisit matrem suam innocentissimam , eiusque sponsum Ioseph hominem iustum tantopere affligi , non est , quod nos peccatores conqueramur , si aliqua afflictione à Domino visitemur , scimus enim , si imperfeci simus eam nobis prodesse ad vitæ emendationem ; si perfecti & iusti , ad augmentum meriti & coronæ in cœlo .

6. Angelus B. Virginem appellauit coniugem Iosephi : vnde sequitur , posse verum esse matrimonium inter duos nondum secuta co-

pula, si ex communi vtriusq; consensu castè viuant. Quale matrimonium hoc Deo gratius est, & maioris meriti, quanto similius est matrimonio Matris eius & Christi cum sponsa Ecclesia.



MEDITATIO IV. DE NATIVITATE CHRISTI.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- Ex Eu. I. Publicato Augusti, de descriptione orbis decreto ascendit Ioseph in Bethlehem, cum uxore sua eò quod esset de familia Dauid.*
- ang. Luc. 2.*
- II. Cum essent ibi impleti sunt dies MARIAE, ut pareret: Et peperit primogenitum suum.*
- III. Inuoluit eum pannis, & reclinavit in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio.*

F I G V R A.

*Exod. 2. M*OYSES postquam natus est, positus est in fiscella scirpea.

PRO-